

31. **Publication de la sentence du procès de sorcellerie intenté contre Margot Rolier, de Villars-Tiercelin, et inventaire de ses biens**

1528 septembre 26 – octobre 1. Château de Dommartin

Résumé : Margot Rolier, veuve de Jean Rolier de Villars-Tiercelin, est jugée pour crime de sorcellerie au cours d'un procès présidé par le châtelain de Dommartin Jean Costable et conduit par le chanoine François Cabaret, agissant en tant qu'inquisiteur au nom du Chapitre cathédral de Lausanne. Le procès se termine le 26 septembre 1528. Le 28 septembre 1528, Margot comparait devant la cour sur le pont du château de Dommartin, en présence du peuple, pour entendre la lecture des articles de sa confession, qu'elle ratifie une dernière fois. Le châtelain communique ensuite sa décision de condamner à mort l'accusée et de lui confisquer les biens, et demande la connaissance (cognitio) des jurés et prud'hommes de la cour de Dommartin. Ceux-ci accèdent à la demande d'amener l'accusée au bûcher, ce qui est exécuté immédiatement par le bourreau. Pour finir, le châtelain demande au notaire Aymon de Vallone de rédiger une lettre testimoniale de l'exécution. Trois jours plus tard, le 1^{er} octobre 1528, l'inventaire des biens de la défunte est dressé à Villars-Tiercelin, et [son fils] Jordan s'engage à les garder et à les mettre à disposition des seigneurs du Chapitre.

Commentaires : Les procès de Claude Rolier (SDS VD D/1 26 : ACV, Ac 29, p. 443–454), Margot Rolier (SDS VD D/1 31 : ACV, Ac 29, p. 469–484), Françoise Gilliéron (SDS VD D/1 30 : ACV, Ac 29, p. 485–492) et Jeannette Vincent (SDS VD D/2 39 : ACV, Bh 10/3) font partie d'une nouvelle chasse aux sorciers menée à Dommartin, dans les terres du Chapitre cathédral de Lausanne, au cours des années 1520.

L'acte d'exécution de la sentence de Margot Rolier occupe les pages 473 à 484 du registre Ac 29 ; les pages 481 à 483 ont été laissées en blanc. Le dos du cahier (p. 484) contient l'intitulé de la pièce. Il s'agit de l'acte original rédigé par Aymon de Vallone, notaire de Lausanne, qui authentifie le document et valide aussi la copie des articles de la confession à l'aide de son signet.

L'inventaire des biens de Margot Rolier occupe les pages 469 à 472 du registre Ac 29 ; il est donc placé juste avant l'acte d'exécution de la sentence (p. 473–484). Le notaire Benoît de Platea, commissaire aux extentes du Chapitre, authentifie l'inventaire à l'aide de son signet.

Processus Margarete relicte Johannis Rolyer super crimine heresis.

1528, Dompni Martini¹

[26 septembre 1528]

/ [p. 473] Sequitur processus et confessio Marguerete seu Margot, relicte quondam Johannis Rolier de Villario Tiercellyni, parrochie Dompni Martini, in carceribus reverendorum et venerabilium dominorum canonicorum cathedralis ecclesie Beate Marie Virginis Lausannensis, in castro ipsorum Dompni Martini nullius <dyosesis>, mancipate^a b⁻ et detente^{-b} de et pro crimine heresis. Super quo casu et in cuius personam, realiter venerabilis dominus Franciscus Cabareti, regularis canonicus Sancti Marii Lausannensis, – ad requisitionem et instantiam prefati venerabilis capituli Lausannensis, domini temporalis et spiritualis et tam predictae Marguerete seu Margot detente quam loci eiusdem – veluti inquisitor, servatis monitionibus debitis precedentibus et aliis divino et humano jure requisitis, processit modo et forma subscriptis ; nobili Johanne Costabilis, castellano Dompni Martini, parte pefatorum dominorum canonicorum capituli

Lausannensis², dicta^c dominum inquisitorem interrogata modo et forma inferius descriptis super casu heresis. Que dicit et recognovit prout sequitur.*³

Et primo videlicet quod sunt viginti aut triginta anni quod dicta Marguereta seu Margot detenta erat ad locum appellatum en *Laz Tilliz seu ou Chanoz*⁴ ubi erat valde tristis ; et ibi invenit unum hominem vestitum nigro^d et pileum etiam nigrum^e. Tunc ille homo dicit eidem Marguerete quod erat dyabulus et habebat nomen Gabriel : « Tu es valde tristis ! Quid habes et quo vadis ? ». Que Marguereta dicit quod nesciebat quo debebat ire. Tunc ille homo dyabulus Gabriel dicit eidem / [p. 474] Margote : « Tu habes multa mala, ynmo, si tu velis michi credere, ego faciem te divitem et dabo tibi quam plurima bona ». Quequidem Marguereta seu Margot detenta dicit quod ita crederet. Tunc ille homo eidem Marguerete dedit tres solidos monete Sabaudie ut sibi videbatur. Postea dicit eidem Margote detente : « Te oportet renuntiare Deum ». Tunc dicta Margot renuntiavit <hore> sed non corde et dicto demoni fecit homagium sibi osculando in culo. Et illico quod dicta Margota fuit in domo sue habitacionis, posuit dictos tres solidos in sua bursa cum pluribus aliis pecuniis.*

Item dicit et confessa est dicta Margota detenta quod ipsa⁵, cum pluribus aliis personis quas non cognoscebat, dictus dyabulus Gabriel ipsam vocavit ad syetam seu sinagogaz loco appellato *ou Chanoz* ad diem jovis de nocte hora assueta. Et dicit dicta detenta quod sepe tenebant eorum sinagogaz versus martinetum Iohannis sinagogaz edam versus *Laz Mollietaz* et alia synagoga⁶ apud *Laz Golletaz*⁷ ac etiam una alia synagoga eundo contra Puliee Pictet et una alia es Croux⁸ ; et maxime tenebant dictas synagogas die jovis nocte.*

Item dicit et confessa est dicta Margota quod ipsa ibat ad dictas syetas seu synagogas supra unum baculum album quem demom sibi dederat ; et quando volebat ire supra dictum baculum, dicebat : « Vade ex parte dyabuli ».*/ [p. 475]

Item dicit et confessa est dicta Margota quod ipsa tenebat dictum baculum ante suum lectum in suo citurno ubi cubabat ; et unam bustam quam dictus dyabulus sibi tradiderat, in qua erat pussetum⁹ ad faciendum mori personas aut animalia, et tenebat illam bustam in sua domo supra trablale dicti citurni ; ac etiam magister suus Gabriel sibi precipiebat facere plura mala.*

Item dicta Margota dicit et confessa est quod ipsa paulo post invenit unum masculum ante bornellum de Villario et posuit de dicto puseto, que erat in dicta busta, per supra *l'aretaz* dicti masculi, qui pertinebat Glaudio Jayet, de quo fuit mortuus, et sunt circa ^fduo anni proxime lapsi^f [1526].*

Item dicit et confessa est dicta Margota [quod]^g invenerat unam equam pili nigri *En Morate*¹⁰, circa unum annum proxime elapsam [1527], et posuit supra dictam equam de puseto quem tradidit magister suus Gabriel, de quo fuit mortua ante domum dicti Gladii.*

Item dicit et confessa est dicta Margota quod de mense maii proxime elapsi [mai 1527] posuit manum supra unum bovem^h pili albi blanchenex cum dicto puseto, pertinentemⁱ Deofilio Sovajat, de quo fuit mortuus.* / [p. 476]

Item dicit et confessa est dicta Margota detenta [quod]^j, circa tres aut quatuor dies antequam fuisset detenta, posuit de dicto puseto per supra *l'aretaz* unius equi pili nigri, qui erat Jacobo Massot, de quo fuit mortuus.*

Item dicit et confessa est dicta Margota detenta quod magister suus Gabriel sibi tradebat de dicto puseto anno quolibet semel in anno [1528], et erat roseto^k, et faciebat dictum pusetum *des crapox*.*

Item dicit et confessa est dicta Margota quod dedit Glaudio Jayet semel ad potandum, veniendo^{l1} de Lausanna, ante domum dicte Margote, de aqua, que erat infra domum, in sua capsula in qua posuerat modicum dicti puseti; de qua dictus Gladius fuit valde infirmatus.*

Item dicit et confessa est dicta detenta quod, revertendo, dictam cassam infra domum suam nectidavit, eo quod nullus caperet malum.*

Item dicit et confessa est dicta detenta quod, anno proxime elapso [1527], ivit ad domum Johannis Sovajat post <prandeum>^{l2} et invenit ante ignem suam filiam dicti Johannis et posuit de illo pusseto dicte filie et duxit ipsam in citumo dicti Johannis, de quo fuit mortua.* / [p. 477]

Item dicit et confessa est dicta Margota quod in syeta seu synagogaz reddebat computum magistro suo Gabriel de malis per ipsam factis.*

Item dicit et confessa est dicta Margota detenta quod habuit societatem magistri sui demom Gabriel in synagoga duas vices et dicit quod ^{l-}materia que^{l-} exiebat de dicto magistro suo Gabriel erat frigida^m.*

Item dicit et confessa est dicta Margota quod ipsa invenit unum equum pili nigri ante bornellum de Villario, veniendo de campis seu pascuis, hora vespereorum, et posuit dicto equo de puseto per supra *l'aretaz*, ⁿ⁻qui equusⁿ⁻ pertinebat Anthonio Barraux, de quo fuit mortuus ^{o-}anno proxime elapso^{o-} [1527].*

Item dicit et confessa est dicta Margota detenta quod sunt circa tres anni [1525] quod ipsa venit in domo dicti Anthonii Barraux; et erat filia^p dicti Anthonii in suo *briez*, in quo posuit de dicto puseto per supra *laz forsalaz* dicte filie; et illico, infra tres aut quatuor dies, fuit ^q ¹³ ab humanis decessa.*

Item dicit et confessa est dicta Margota, circa quatuor aut quinque annos^r, [quod]^s venit ad domum Jacobi Massot et dedit filio dicti Jacobi de dicto puseto, de quo ab humanis decessit.* / [p. 478]

Item dicit et confessa est dicta Marguereta quod anno presenti [1528] dedit avenam ante suam domum, in qua avena posuerat de dicto puseto, cuidam^t prime bestie vocate *porchez*, que erat es Chambez, de quo fuit mortua.*

^{u-}Item^{l4} dicit et confessa est dicta Marguereta quod venit ipsa heresis^v propter quemdam errorem quem habebat cum filia eius filie de Feys de domo David^{l5}.

Item dicit et confessa est dicta Marguereta detenta quod post dictum^w errorem octo dierum magister suus dicte Marguerete Gabriel venit *En Laz Tilliz ouz Chanoz*, in quo loco reperit dictam Margotam et petiit si vellet sibi dare aliquid. Et tunc ipsa Marguereta sibi dedit unum vitulum de suis.^{-u}

5 Item dicit et confessa est dicta Marguereta quod de omnibus malis supra-scriptis per ipsam factis, numquam nullo tempore fecit confessionem.*

Item dicit et confessa est dicta detenta quod Glaudius Jayet eidem dixit quod ipsa erat heresis^x et fuerunt in litigio, sed ipsa Marguereta concordavit cum ipso ad unum bichetum bladi, eo quod ipse Glaudius Jayet dimicteret dormire causam.* / [p. 479]

10 Item dicit et confessa est dicta Marguereta detenta quod non est nisi dymidium annum quod ipsa stetit in synagoga.*

Conclusus est processus suprascriptus^y die sabati ante festum Sancti Michaelis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo [26.09.1528].

15 [Signature :] Aymo de Va^{ne} [Seing/signe notarial]

[28 septembre 1528]

Die lune ante festum Sancti Michaelis anno quo supra [28.09.1528], fuit adducta prenominata Marguereta coram prefato domino castellano, super pontem dicti castri Dompni Martini, in iudicio pro tribunali sedente, narratisque et lectis coram populo nonnullis articulis heresis, supra in presenti processu descriptis et per dictam delatam confessatis, et interrogata¹⁶ iterum dicta Marguereta delata si illa essent vera ; que illa recognovit et confessa fuit esse vera.

Quibus confessatis, prefatus dominus castellanus dictam delatam retrahi fecit a curia ad ponendum casum in cognitionem ; a curia remotam¹⁷, petitam per dictum dominum castellanum dictam Margueretam dictis reverendis dominis capituli adjudicari in corpore et bonis ; cognitum fuit in dictam curiam concorditer per Glaudium Guyot, Johannem Barraux, Johannem Cruscho, Petrum Marguet, Petrum Diserens, / [p. 480] Girardum Jaquier, Glaudium Pillet, Rolutum Garym, Jacobum Gillieron, necnon Jacobum Massot, Anthonium Barraux, Deumfilium Sovajat, parrochie Dompni Martini, pluresque alios probos homines cum dicto castellano in curia premissa concorditer quod dicta Marguereta delata, adtentis heresitatibus et malefactis per ipsam confessatis, erat dominis predictis in corpore et bonis adjudicandam et ipsam adjudicabant, ita et taliter quod corpus eius deberet duci^z a loco curie usque ad locum ubi consuetum est fieri executio malefactorum et ibi debere super foco uriri et conbulsi, videlicet quod corpus eius in cineribus devenerit.

Quam cognitionem sic factam dictaque Marguereta ad curiam vocatam et adductam¹⁸, dictus dominus castellanus dictam cognitionem reportavit illamque tradidit magistro Petro, laniste Lausannensi, ad executandam. Qui lanista^{aa} <eandem> delatam ad locum solitum fieri tales cognitiones in castellania

Dompni Martini transducit dictumque corpus predictae Marguerete uri fecit ut supra cognitum est.

De quibus premissis, prefatus castellanus per me notarium subscriptum sibi fieri petiit litteram testimonialem, quam sibi de cognitione quorum supra sibi concessi et tradidi. Presentibus quibus supra. Datum et actum ut supra. 5
[28.09.1528]

Originale. [Signature:] Aymo de Va^{ne} [Seing/signé notarial] / [p. 481] / [p. 482] / [p. 483]¹⁹ / [p. 469]

[Inventaire des biens de Margot Rollier, 1^{er} octobre 1528, Villars-Tiercelin²⁰]

[Note d'archives dans la marge de gauche par une main du XX^e siècle:] 1528 10

Sequitur bonorum inventarium quondam Margarete relictæ Johannis Rolier.

Et primo domus cum pertinentiis Suis, sita in villagio Villarii Tiercellini cum horto^{ab} retro contiguo iuxta suos limites.

Item gerbe bladi tam frumenti quam siliginis circa tercentum.

Item ordeï octo vel novem gerbe. 15

Item avene gerbe duocentum.

Item unus currus pisorum pauci valoris.

Item decemocto cumrs feni.

Item duodecim pose investite blado scilicet novem bladi messelli et tres frummenti. 20

Item duodecim pose de *freytit* galice ad seminandam avenam.

Item undecim pose semoralis.

Item quindecim falcate tam prati quam clausi.

Item una ochia canapis et unus alius hortus^{ac}.

Item nemoris viginti pose vel circa. 25

Item octo equi tam parvi quam magni, inclusis jumentis.

Item unus bos et quatuor masculi. Item quinque vacche lactive. / [p. 470]

Item duo parvi vituli anni presentis.

Item quinque capre lacticine.

Item una ovis cum agno suo. 30

Item quatuor porci magni et una porca ducens quinque nascentes.

Item quinque oce et una duodena gallinarum cum gallo.

Item duo currus nemoris et sex *ingyni* galice.

Item una carrieta munita suis necessariis et una *erseyr de fer*.

Item duo iuga ad intergendos boves; una falca cum *le enchapploz*. 35

Item tres secures tam parve quam magne et una degleria.

Item quatuor terebra tam parva quam magna et unum *exchanproz*.

Item una solleta et una villis ressia.

Item unus parvus cultellus *parioux*.

Item culcitra et pulvinar unum cum uno villi cohopertorio.

Item duodecim lintheamina pauci valoris ; unum mantille. / [p. 471]

Item una pesia grosse lane ovis.

Item canapis una duodena.

5 Item duo poti metalli, unus magnus et unus parvus.

Item una carderia tenoris unius situle cum dimidia ; due patelle pendentes, quarum una est pauci valoris.

Item una patella friseria, unus pochon et una echomeria.

Item una pelvis^{ad} pauci valoris.

10 Item duo situli ; media duodena^{ae} discorum nemoris, et scutelle nemoris octo, sinseriorum octo et totidem de *grelet*.

Item una scutella magna ad laces.

Item una mensa cum *le trabichet* et scano.

Item una duodena caseorum.

15 Item quatuor poti butiri.

Item duo poti stanni, de quibus unus est villis et pauci valoris.

Item orreum ante domum.

Item due benne apium.

20 Que bona predesignata mobilia et et immobilia idem Jordanus²¹ / [p. 472] promisit juramento suo etc., et super obligatione bonorum suorum etc., bene et decenter custodire necnon reverendis dominis de capitulo venerabilis ecclesie cathedralis Beate Marie Lausannensis bonum et ydoneum computum reddere dum et quando per eosdem fuerit evocatus, cum dampnis etc., reddere etc., fiat etc.

25 Datum et actum die jovis post festum Beati Michaelis archangelli [01.10.1528] in dicto loco Villarii Tiercellini, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

[Signature:] Benedictus de Plathea [Seing/signé notarial]

Original: ACV, Ac 29, p. 473–484, 466–472 ; Papier.

30 **Édition:** Hoffat 1989, p. 81–93.

Littérature: Hoffat 1989, p. 93–108 ; Maier 1996, p. 132 ; Ostorero 1999, p. 43 ; Utz Tremp 2005c, p. 365 ; Ostorero et al. 2007 ; Pittet 2010, p. 214–215, 217.

a *Corrigé de:* mancipatam.

b *Corrigé de:* et detentam.

35 c *Corrigé de:* dictam.

d *Corrigé de:* niger.

e *Corrigé de:* niger.

f *Corrigé de:* duorum annorum proxime lapsorum.

g *Omission, complété(e) par analogie.*

40 h *Corrigé de:* bovum.

i *Corrigé de:* pertinente.

j	<i>Omission, complété(e) par analogie.</i>	
k	<i>Corrigé de : roseta.</i>	
l	<i>Corrigé de : materiam quam.</i>	
m	<i>Corrigé de : figidam.</i>	
n	<i>Corrigé de : quem equum.</i>	5
o	<i>Corrigé de : anni proxime elapsi.</i>	
p	<i>Corrigé de : filiam.</i>	
q	<i>Suppression par biffage : mortua est.</i>	
r	<i>Corrigé de : annorum.</i>	
s	<i>Omission, complété(e) par analogie.</i>	10
t	<i>Corrigé de : cuiusdam.</i>	
u	<i>Suppression par une croix.</i>	
v	<i>Corrigé de : heres.</i>	
w	<i>Corrigé de : dictam.</i>	
x	<i>Corrigé de : heres.</i>	15
y	<i>Corrigé de : suprascriptum.</i>	
z	<i>Corrigé de : duxi.</i>	
aa	<i>Corrigé de : lanistam.</i>	
ab	<i>Corrigé de : orto.</i>	
ac	<i>Corrigé de : ortus.</i>	20
ad	<i>Corrigé de : plvis.</i>	
ae	<i>Corrigé de : duode.</i>	
1	<i>Cet intitulé figure à la page 484 du registre, les pages 481–483 étant restées blanches. Avant la reliure, la page 484 était la dernière du cahier contenant la procédure ; l'intitulé, une fois le cahier plié, permettait de connaître rapidement le contenu d'une pièce.</i>	25
2	<i>Il manque présente ou un terme équivalent, le châtelain représentant le Chapitre lors de l'interrogatoire.</i>	
3	<i>L'(*) signale le paraphe que le notaire appose à la fin de chaque paragraphe ou aveu.</i>	
4	<i>Ce lieu n'a pas pu être identifié. Littéralement ce lieu-dit se situe sous le Tilleul ou sous le Chêne.</i>	
5	<i>Ipsa n'a ici aucune valeur grammaticale puisqu'il y a un changement de sujet en cours de phrase, dictus dyabulus Gabriel devenant le sujet de vocavit.</i>	30
6	<i>Le notaire utilise d'abord la forme en langue vulgaire synagogaz, puis la forme latine. Plus loin, la forme vulgaire est à nouveau utilisée.</i>	
7	<i>Peut-être Gillette, tout près ou Les Golettes, dans la seigneurie de Rue.</i>	
8	<i>Ce lieu n'a pas pu être identifié.</i>	35
9	<i>Le notaire n'est pas au clair sur le genre à attribuer à pussetum. Il hésite également entre les formes pussetum et pusetum.</i>	
10	<i>Ce lieu n'a pas pu être identifié.</i>	
11	<i>On attendrait plutôt venienti ; c'est probablement Claude qui vient de Lausanne.</i>	40
12	<i>La même forme est utilisée pour prandium dans le procès de Françoise Gilliéron (cf. lignes 91, 112 et 114).</i>	
13	<i>Le notaire différencie cette fois les meurtres de personnes de ceux d'animaux.</i>	
14	<i>Les deux aveux qui suivent, concernant l'initiation de Margot, n'ont pas abouti et sont annulés dans le texte. On peut remarquer en outre que le notaire n'y a pas apposé son paraphe.</i>	
15	<i>Cette personne n'a pas pu être identifiée.</i>	45
16	<i>Interrogata dépend de fuit six lignes plus haut.</i>	
17	<i>La construction de ce passage est difficilement compréhensible. Dans la sentence contre Jeannette Vincent, un ablatif absolu était utilisé. Peut-être remotam et petitam sont-ils les sujets d'une proposition infinitive dont le verbe est adjudicari et qui serait introduite par la phrase précédente ad ponendum in cognitionem. Comme dans le procès Vincent, il s'agit d'une sentence en deux temps :</i>	50

le châtelain demande d'abord que Margot soit adjugée au Chapitre ; ensuite le jugement est rendu par la cour avec le châtelain (cf. procès de Jeannette Vincent).

¹⁸ *Le notaire utilise une sorte d'ablatif absolu à l'accusatif qui aurait mal tourné à cause de la fonction d'objet qu'il a par la suite.*

⁵ ¹⁹ *La page 484, dernière page du cahier, est positionnée en page de titre.*

²⁰ *Cet inventaire de biens a été relié par erreur avant le procès (p. 469–472), alors qu'il est levé après l'exécution de l'accusée.*

²¹ *Il s'agit, peut-être, de Jordan Rollier, le fils de Margot et de Jean.*